dilecte Fili salutem et apostolicam benedictionem. Cum superioribus mensibus provideremus Ecclesie Calomensi de persona dilecti filii Francisci Contareni theologie artiumque Doctoris, qui priusquam Bulle super Ecclesie expedivisset, munere etiam consecrationis non suscepto aut ex redditibus eiusdem Ecclesie aliquid percepisset cum per obitum quondam Andree Episcopi Equilini vacasset Ecclesia ipsa Equilina eamque nos ex certis rationibus et causis Patriarchatui Veneto univissemus et ab eo ob huiusmodi unionem Aemoniensem Ecclesiam que dudum dicto Patriarchatui unita extat segregaremus, subinde ad hanc Emoniensem Ecclesiam eundem Franciscum de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium promovimus. Unde cum intellexissemus Oeconomos dicti Patriarchatus nunc Pastore carentis presentis anni fructus omnes ac redditus Emoniensis Ecclesie exigisse, idcirco ne dictus Franciscus damnum propterea patiatur, nec redditibus hoc anno careat, volumus ac tibi per presentes committimus et mandamus, ut auctoritate nostra [illegible] quod omnes fructus, redditus et proventus Ecclesie prefate Equiline Patriarchatui Veneto, ut prefertur, per nos unite et ad ipsum Franciscum vel eiusdem legitimum Procuratorem, non obstante dicta unione et quod ad Ecclesiam Aemoniensem sit per nos promotus vel translatus ceterisque contrariis quibuscumque: contradictores etiam per censuras ecclesiasticas et alia

oportuna remedia quantum opus esse noveris compescendo.
Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die XII
Decembris 1465, Pontificatus vero nostri anno III.

et publicavi feci ... facta diligenti collatione pns ...
[illegible]

1465, 12 Decembre. Roma. Papa Paolo II concede alla Chiesa Vescovile di Cittanova, la Mitra ed altre insegne episcopali lasciate alla Chiesa di Equilio dal defunto Vescovo di questa Andrea.

MSS. [illegible] Collez. [illegible] [illegible].

Paulus Papa II dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Intelle-
ximus Andream Episcopum Equilinum superioribus diebus decedentem e vita,
testamento vel verbo iussisse ut Mitra et Pontificale et alia ad usum
Episcopi necessaria ad suum successorem suum devenirent et cum Ec-
clesiam Equilinam rationabilibus ex causis Patriarchatui Venetiarum
univissemus et ab eo Aemoniensem Ecclesiam separavimus, que [illegible]
[illegible] ad dictam eandem unionem supradictis rebus careat, et
Ecclesia Patriarchalis Venetiarum cui Ecclesia unita est talibus non egeat,
[illegible] sit et plurimum abundet: Volentes igitur indemnitati
Ecclesie Aemoniensi providere, committimus et mandamus tibi per pre-
sentes ut auctoritate nostra facias et mandes quod predicta bona, que
dictus Equilinus Episcopus successoribus reliquit, imo etiam si ei non
reliquisset Francisco Contareno ad Aemoniensem Ecclesiam electo confir-
matoque infra certum terminum per te prefiiendum assignentur,
cum presertim predicta bona Ecclesie Aemoniensis, ad quam ipse Fran-
ciscus Contarenus electus est, [illegible], contradictores eadem auctoritate
compescendo. Non obstantibus quod Ecclesia Patriarchalis Venetiarum
eidem Andree Equilino defuncto propter predictam unionem succedere
videatur, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die XII De-
cembris 1465, pontificatus nostri Anno II.

& publicham feci [illegible] [illegible] facta diligenti collatione pns [illegible]
[illegible]

1466 = Ind.^ne^ 15. die 26 = Martij 36

Actum ... sub Logia Palatij Comunis in Conuoca=
tione conuocata iuxta solitum, in qua propositum
fuit, ut infra, videlicet

Gloria Deo Patri omnipotenti, Lausque, et excellentia
gloriosissimo et inclito Duc: Dom: Nro Venetiarum,
eiusque clementissime nostre Dominationi, que tam
clementissime decreuit, quod hec sua fidelissima Com=
munitas seruetur in suis consuetudinibus diffinitum fuit,
et determinatum, quod ad futurorum memoriam fiat so=
lemni scriptura super una tabula affigenda in muro su=
per ostium ... Palatij: Qualiter ipsum Ser:^mum^ nostrum
Dominium fundens suam Clementiam in hanc suam fide=
lissimam Comunitatem, quod vellet se regere secundum
suas antiquissimas consuetudines, prout in Litteris Duca=
libus cum Exc:^mo^ Consiglio X. emanatis, et hoc sub Prin=
cipatu Illmi Principis Dni nostri Christophori Mauro Co=
cumbenente, seu Pretore existente magnifico, et cla=
rissimo Dno David Contareno, spectabilibusque Dnis sep=
tem deputatis, quorum nomina g

Marcus Antonius Fioncius Cancell.^s^ g

illorum de Tigris usque ad quoddam ...

Regr. A 18

Litterę Ducalę sequuntur

Christophorus Mauro Dei Gratia Dux Venetiarum &c.

Nobilibus, et sapientibus viris David Contareno de suo mandato Locumtenenti Patriae Fori Julij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum.

Parte fidelissimae Communitatis nostrae Utini fuerunt ad praesentiam nostram spectabiles oratores sui, qui in stantissime supplicarunt, ut pro integerrima devotione ipsius Communitatis ad statum nostrum, pro q[uo] parati sunt, et semper fuere, nedum facultatem, et filios, sed et propriam vitam alacri animo exponere. Cum a nostro Consilio decem processerint certe Litter[e] vigore cuiusdam Partis in eo Consilio captae sub d[ie] 30 Mensis Januarij 1464: per quas derogatur [...] risuo, et concessionibus per Nos ipsi Communitati fac[tis], et ut ... videantur veri, et fidelissimi nostri [sub]diti, ut revera sunt, et semper fuerunt, dignaremus istas litteras revocare pro honore suo, et ne ab alijs opprimantur: Nos, cognita multarum rerum experientia solita, et constantissima eorum fide postquam sub nostro sunt dominio continue demon[strata]

cum

Et publicavi feci &c. ... diligenti collatione ...
[illegible]

cum nostro Consilio decem determinaverimus, et captum est, quod in observatione Privilegiorum, et concessionum per nostrum Dominium eis indultarum, litteræ predictæ revocentur, et pro revocatis habeantur. verum teneantur quoticumque eorum Consilium vocare volens, vos advisare, et in vestrum arbitrium sit in eo intrandi, et standi, aut in eo mittendi Capitaneum vestrum, ut de tempore in tempus vobis videbitur, et Consilium cum observatione consuetudinum suarum faciat in Palatio. Has autem nostras Litteras in Cancellaria vestra deinde ad futurorum memoriam registrari faciatis, et registratas prefatæ Comunitati restitui.

Dat. in nro Ducali Pal.o die ult.o Mensis Februarij Ind.ne decima tertia 1465.

Ex volumine existente in Cancell.a Mag.ce Civit.s Utini.
Eiusdem Cancell.s Alexander Brunelleschi
die 5: Maij: 1734.

illorum de Tijeis usque ad quoddam truncum seu servenum

et publicari feci etc. qua facta diligenti collatione pns [illegible]
[illegible]

466. 12 Xbre
signazione di
tri per l'ampli
ento della strada
e tradurzione
carrate e foraggi
nelle di Rivis
Pozzalis.
At. Notº Pilosio.

1466. Ind. 14. die 12 decembris Actum in districtu infrascriptarum Villarum de Ripis et Pozalis. Presentibus Antonio Zili, Dominico Liruttij, et omnibus alijs vicinis de Ripis, et Martino della Furlana de Ragonea habitante Pozalis, et omnibus alijs Vicinis de Pozalis testibus &. Ad quem locum ipse Communitates de Ripis, et de Pozalis conduxerant Providos viros Ser Asquinum q. & Donici de Tricano inferiori Arbitrum, et Amicum electum per homines, et Communitatem de Ripis, et & Nicolaum Laurentij de Jaganea electum per homines, et Communitatem de Pozalis in Arbitrum et Amicum, ut ibidem ipse Communitates, et homines dictarum Villarum affirmabant, et de novo coram me Notario elegerunt, et affirmaverunt in eorum hominum, et Communitatum predictarum Villarum Arbitros, et amicos ad ampliandum, aptandum, et metandum quandam viam inter eos, et campos et possessiones dictorum hominum, et Communitatum predictarum Villarum, et hoc occasione, et causa certe sententie arbitrarie iam dudum late inter ipsos homines et Communitates dictarum Villarum. In qua sententia inter cetera dicitur, et notatur quod ipsa via sit lata, et ampla quantum commode duci possit currus cum bubulco penes currum, ita quod per eam stratam et viam possint conduci mercimonia, et omnia habiliter. Quod ipsi Dni Arbitri animadvertentes, et etiam ipsi homines dictarum Villarum, et Communitates ad hoc instantes ut ipsa via aptetur, ita quod commode per eam duci possint currus cum mercimonijs, et sine, et cum manipulis, fenibus et alijs quibusvis rebus cum bubulcis penes ipsos currus, primo et principaliter visa ipsa strata per ipsos Arbitros a principio usque ad finem, videlicet primo in capite ipsius vie factus fuit unus terminus lapideus, et ab illo termino usque ad aliud latus vie ampliando, et mensurando cum una [illegible] seu pertica longa quantus est passus Communis Aquilegie, et aliquantulum plus quantus est cubitus unus, venientes per carētias unius campi illorum de Ripis usque ad quoddam trivium seu terrenum.

in modum trivij figendo terminos lapideos, seu fodiendo foveas, et foramina faciendo, ut termini lapidei ibi figantur, et mensurando cum dicta cimina seu pertica quantum debeat esse lata ipsa strata, et sic mensurando, et signando foramina cum uno ligone ubi, et in quibus signatis ab utroque latere viæ figantur et figi debeant ipsi termini lapidei ad perpetuam memoriam. Qua via sic mensurata, et terminata ab uno capite ad aliud ipsi Dñi Arbitri Xpi nõe invocato a cuius vultu recta procedunt iudicia primo, et principaliter sententiaverunt laudaverunt, arbitrati fuerunt, et mandaverunt quod ipsam sententiam Arbitramentum iamdudum latam inter ipsas partes in omnibus, et per omnia laudant, affirmant, et approbant, mandantes illam in omnibus ab partibus ab hominibus, et Communitatibus prędictis inviolabiliter observari cum omnibus, et singulis in ea contentis. Item sententiaverunt, mandaverunt, et arbitrati fuerunt, quod ipsi homines, et Communitas ... pis aptet ipsam stratam, et etiam pro nunc habilem et condecenter, et figant, et ponant ipsos terminos in foraminibus signatis, ita et taliter quod ipsi termini ab utroque latere viæ sic signatæ cum dicta cimina seu pertica remaneant firmi, et illesi extra signata et ampliaturam ab utroque latere ipsius viæ. Quam sententiam sic latam ipsi homines, et Communitates laudaverunt, et approbaverunt in omnibus, et per omnia dicentes bene, sancte, et laudabiliter hoc actum esse rogantes me notarium ut de prędictis publicum conficerem documentum.

Pro 2do ext.o et labore — — — ʒ : : 16

Die 13 Martij 1753 [illegible]

Premissum Instr.m ex notis olim Ludovici Zitonj existentibus penes me Not.m Joannes Bapta ... V.A: terra [illegible] ibi fidem manu ext.t Leg. in fo lubt

Regest. Pauli II. XIX. f. 141.t 1468.

38

Paulus Epus Servus Servor. Dei

Venerabili Fratri Andreae Epo Ferentin. Vicario, et Gubernatori in spiritualibus et temporalibus patriarchatus Aquilegien., Salutem &.

Ex injuncto nobis superna dispositione pastorali officio curam super grege dominico universalem gerere tenemur. Attendentes autem, quod singula per nos geri nequeunt, decere arbitramur, ut in partem laboris nostri eos interdum eligamus, quos idoneos et utiles ipsi noscimus, quo melius per ipsos vices nostras supplentes ex eorum laudabili cohoperatione utilique regimine oneris nostri parte alleviemur. Sane cum Eccl(es)ia Patriarchalis Aquilegien. Pastore adhuc careat, et jam aliquandiu caruerit, nos volentes ipsi Ecclie quoadusque talem ei Patriarcham prefecerimus, qualem certe decet, tam in spiritualibus, quam in temporalibus oportune providere mentis nostrae aciem ad Fraternitatem tuam tanquam ad personam providam et circumspectam direximus. Quocirca eidem Fraternitati tuae, de cujus prudentia, rerum experientia, vitaque integritate in hiis et majoribus specialem in Domino fiduciam obtinemus auctoritate aplica tenore praesentium regimen et administrationem dictae Aquilegien. Ecclie, ejusque jurium et pertinentiarum omnium in spiritualibus concedimus. Dantes tibi facultatem, et omnimodam auctoritatem circa temporalia in illis locis et terris, quae olim

cu

bonae memoriae, Venerabilis Frater noster Ludovic[us]
Epus Albanen. Patriarcha Aquilegien. dum vi[ve]
ret tenuit, ut in dis officiales et Secularis
personas ponere, deputare, amovare et substi[tue]
re, aliaque oportuna facere, ac gerere posse
et valeas; qui quidem officiales, prout meri[...]
rit iusticiam ibidem administrant, curamque
hu[ius]modi in temporalibus gerant. Mandantes eadem
auctoritate omnibus et singulis ecclesiastic[is]
personis, cujuscumque Status, gradus, aut di[gni]
tatis fuerint; ceterisque quorum interest
quatenus tibi in premissis omnibus pareant
et efficaciter intendant. Non obstantibus c[on]
trariis quibuscumque. Datum Romae apud S[anc]
tum Petrum Anno &c. MCCCCLXVIII. XI. Kal[endas]
Decembris; Pontificatus nostri Anno Quinto.

[illegible] ibi fidei mamet ex[...] Leg in po[...]
[illegible]

Ex Reg.^to^ Brev. Pauli II. p. 74.

Venerabili fratri A. Epo Levantinati Patriarchatus Aquilegien. Administratori

Paulus II.

Venerab. frater Salutem ꝫ. Diligimus paterno affectu dilectum filium Marquardum de Susanna Civem Utinen. ob ejus probitatem, et devotionem, ac fidem, quam nobis et Sedi Aplicae gerit. Quare volumus et tibi mandamus, ut eum ad officium Capitaneatus Oppidi S. Viti Concordien. Dioc. ad beneplacitum nostrum incohandum post finitum annum, pnti nunc Capitaneo concessum cum salario, emolumentis, honoribus, et oneribus consuetis, ac ea forma, et modo, quibus alii deputari consueverunt, deputes et constituas. Quibuscumque contrariis non obstan. Datum Romae apud S. Petrum XXIX. Octobris 1470. Anno Septimo.

Ibid. p. 73.

Venerabili fratri A. Epo Leventinati in Patriarchatu Aquilegien. Vicario et Gubernatori

Paulus II.

Venerab. frater Salutem ꝫ. Relatione dilecti filii Andreae de S. Vito familiaris nostri continui commensalis, qui de commissione nostra, computa, et rationes Venerabilis fratris Epi Concordien. tui in isto officio immediati predecessoris revidit, accepimus dilectum filium Nicolaum de Philitinis Civitatis Austriae, alias Castaldionem fuisse assignatum debitorem patriarchatus Aquilegien. de summa CCC.^tor^ ducatorum pro residuo majoris summe, et adhuc esse in eadem summa

cred

debitorum. Quocirca cupientes, pro debito offic
pastoralis indemnitati ipsius patriarchatus, q
ad hoc oportune in Domino consuli, ac intelligen
quod palatium d. patriarchatus in dicta Civi
te Austrie dudum hedificatum necessaria indige
paratione. Fraternitati tue per presentes com
timus et mandamus, ut huiusmodi trecentorum
ducatorum summa, omni oportuna diligentia
bitas, exigere cures, et eos sic exactos adhibitis
cum moderno castaldione, et provisoribus in rep
tionem palatij dicte Civitatis Austrie utili
convertas, ac de his diligentem computum
neas. Super quo plenam tue fraternitati
re presentium concedimus facultatem. Dat
Rome apud S. Petrum die IX. Ianuarij 14
Anno Septimo.

ibi Fidez mamus ear Leg in po
lobt

1458. 17. maij.

Angelus Gradenicus Patriæ Forijulij Locumtenens.

Egregij Dilecti nostri. Per litteras nostri Illustrissimi Dominij Hodie certiores Habuimus Nuntium fuisse in Totum et per Totum conclusam Pacem, atque confirmatam inter Illustrissimum Dominium nostrum, et Serenissimum D. Regem Ferdinandum. Illustrissimum Ducem Mediolani, et excelsam Communitatem Florentiæ cum omnibus colligatis, et adhærentibus utriusque Partis sub die octavo Presentis Hora nona noctis, quare in signum gaudij et letitiæ mandamus vobis, ut acceptis Presentibus fieri faciatis Demonstrationem et signum Gaudij et festivitatis cum sonitu campanarum Fallodijs et alijs significationibus. Die vero Ascensionis Dominicæ proxime solemniter dictam pacem publicari faciatis in locis solitis et consuetis. Dat. Utini. 17. maij. 1458.

A tergo.

Egregijs Dilectis nostris Gastaldioni et Communitati Faganeæ.

1480. 9. maij.

Joannes emo eques Patriæ Forijulij Locumtenens.

Egregij Dilecti nostri, quod vobis gratum fore existimavimus, id vobis significandum duximus, ad Dei laudem Medio et interpositione R.mi Domini Cardinalis Foscari, Romæ die 16. Preteriti mensis Initam et Conclusam fuisse Unionem, ligam, et intelligentiam Inter Summum Pontificem et Nostrum Illustrissimum Dominium, sicut ex suis litteris Hodie percepimus. Propterea Rem istam publicabitis, ut subditis vestris pateat, et in signum letitiæ pulsationem campanarum et fatodia pro more per dies tres continuos fieri faciatis.

Utini 9. maij 1480.

A tergo.

Egregijs Dilectis nostris Gastaldioni et Communitati Faganeæ.

1484. 10. aug.

Lucas Mauro Patriæ Forijulij Loc.

Ita Jubente Illustrissimo Dominio nostro significamus vobis ad gaudium et consolationem vestram, totiusque istius fidelissimi Populi, quatenus

Cum bona gratia et Spiritus sancti nomine Inita, conclusa et finita ac Iglata est bona sincera, perpetua et Universalis Pax Totius Italiae, quem Nuncium adeo iucundissimum, felicissimumque Communicabitis cum dictis fidelissimis civibus et Populo, et in signum Letitia per triduum Campanas pulsari faceritis cum nocturnis [illegible] iuxta consuetum &c.

Utini die xi Augusti 1484.

Atergo

Egregijs dilectis nostris Communitati Faganee.

Recepta die xi augusti 1484.

Leonardus Mocenico Patria
Foriiulij Locumtenens.

Spectabiles dilecti nostri: Mittimus vobis Presentibus Annexa copia literarum nostri Illustrissimi Do. de letitia percepta contra Regem Franciae, quare mandamus vobis, ut fieri faciatis Processiones et solemnitates ad admodum habetur in ipsis litteris Nostri Illustrissimi Dominij &c.

Utini die 13 Julij 1495.

Atergo

Sp. Dilectis nostris Gastaldioni et Communitati Faganee.

Tenor litterarum

.1495.10. iulij Augustinus Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nob. et sapienti viro Leonardo Mocenico de suo Mandato Locumtenenti Patriae Foriiulij fideli dilecto salutem et dilectionis affectum. Non dubitamus ad notitiam vestram pervenisse, qualiter die 6 instantis foelix noster Exercitus in Agro Parmensi apud Gaveolas feliciter est congressus cum Hostili Exercitu Regis Franciae, et post Atrocissimam pugnam, Exercitus noster victor evasit occisis ex Hostibus maxima numero, et captis Impedimentis Regis Ultra valorem ducatorum centum millium Propter

quod

quod Rex Predictus cum reliquo exercitu suo in fugam conversus Insectatur ab exercitu nostro cum Inimicitore [illegible] Predictorum, ita quod Speramus Benignitate et Clementia Summi Dei Nostri, à quo omne bonum, quicquid reliquum ipsius Exercitus superest, et forte Persona Regis perveniet ad nostras manus, quare Decrevimus cum Senatu nostro Referendas eidem Sacratissimae Divinae Maiestati Devotissimas gratias eiusque Beatissimae Genetricis, et Sancto Marco Evangelistae Protectori nostri Status, Universaeque Celesti curiae Triumfanti, Et Propterea volumus et vobis Iubemus, quod die Dominico proximo fiant in Papia ista Universa Solemnes et Devotissimae supplicationes Totius cleri et Scolarum cum Sanctorum Reliquijs, et alijs celebritatibus cum Interventu Persona ibi sic vestra, ac fidelissimorum Civium istorum . . . . nostrorum, Agantur que gratiae Divinae Maiestati, quod tam benigniter super Statum respexit nostrum in se sperantem, quamdiu autem supplicationes ipsae procedent, per civitatem pulsari facietis Campanas omnes, qualiter sit letitiae signa . . . Et Sic Idem tam de Processione, quam campanis pro Tempore ipso fieri facietis in Locis, ac Castellis, et Terris vicinis isti Papiae, si forte autem non posseris Has nostras Executioni mittere Die Predicto, Transferte in alium diem subsequentem.

Datum in Nostro Ducali Palatio . x . iulij . 1495.

Joannes Jacobus Coriucus Notarius Juganeus
Premissas litteras de Filecia [illegible] coitanis Juganeus
exemplavit et me subscripsit.

Regia

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungarie, Dalmatie, Croatie, et c. Rex, Austrie, Stirie, Karinthie, et Carniole Dux, Dominus Marchie, Sclavonie, et Portus Naonis, Comes Habspurg Tyrolis, Ferretis, et Kiburg, Marchio Burgovie, et Lantgravius Alsatie etc.

40

F. 51

Cum Imperialis quoque celsitudo, sicut eam Deus ad culmen secularis evexerit potestatis, legi tamen humanitatis subiecta, cum fines Imperij longe, lateque protenderit, et secularibus arctius prematur negotijs, sese etiam universis ingrediatur curis, hinc semper uberiora duximus ea, que bello iam parta sunt, pacis tranquillitate tueri, quam que diutius comparanda essent labore, sub ancipiti rerum eventu sola sepe cupiditate pertingere.

Licet sub predecessoribus nostris varijs totus orbis conflictarit eventibus, non quando fragor exaudiebatur armorum, sed dum cuncta in pace erant composita, qui orbis extitit conditor Deus, nobis illuxit Redemptor, a quo cum toto orbe Christiana pax emanarit, Nos, qui eiusdem favente clementia ad Imperialis dignitatis apicem evecti sumus, ea, que pacis sunt, maxime exoptare debemus. Cum itaque nuper inter Aquileiensem Patriarcham, et Venetos graves exorte essent inimicitie, et controversie, ac tandem tunc iusto bello forum Julium in eorundem Venetorum ditionem ac potestatem transiret, adeo novis Tergestinorum et aliorum finitimorum motibus excitatis, res sub discrimine verteretur, quod eiusdem Patriarchatus negotium pertingebat, ad Romanum Pontificem, qui tunc in proximo nostrum Rome expectabat adventum, referendum esse duximus; Unde cum interiecta mora postmodum cum eodem Pontifice statum rerum, et cause eventum prospiceremus, fratrem nostrum Austrie Ducem ad eosdem Venetos destinavimus, ut etiam tandem pacatis rebus, omnia ex equo decernere noster. Quia vero idem Patriarcha, qui ideo tunc Venetijs affuit, rem ex nostro consilio terminandam esse censuit, de eiusdem Pontificis consilio, nobis quoque ex Italia discedentibus, ideo Venetias adire visum fuit

Ubi

Quod cum Imperialem celsitudinem urbis mirae structurae, aquis enata, ad
sui admiratione excellit, plus nobis in libera civitate devotum Venetorum
prosperitate coaequitur, quam in illis, quae nostro subiectae Imperio ad hoc
ex debito tenebantur. Tunc ipsi, audito nostrae voluntatis pro-
posito, quo ad inducendam omnium futurarum dissensionum occasionem
zelo pacis, et tranquillitatis ferebamur, omnem bene exortam
controversiam sponte nostrae subiecere voluntati. Nos itaque
attendentes, et prospicientes omnes, et quamcumque causam, et
occasionem futuri dissidii omnino esse tollendam, et conside-
rantes, quod, quae hactenus exortae sunt quaestiones, hinc oriba-
tur, et eo tendebant, quia bona eiusdem Patriarchatus partim
sub potestatem, et ditionem Venetiarum transiere, divisa existunt
et grave videatur, quod, cum una eiusdem Patriarchatus potestas
et dignitas sit, bonorum tamen impar, et diversa ratio existat
et cum circa quaedam desuper conditiones inter eundem, ac Venetos
iam intercesserint, qui in suo robore perpetuo mansuri, eius
Patriarchatus unioni, et conservationi ex mente, et consilio eius
Romani Pontificis studentes, hoc nostro perpetuo valituro
decreto statuimus, et decernimus, ut, cum nobilior, et maior
pars eiusdem Patriarchatus bonorum, iurium, et proventuum
dictorum Venetorum potestatem, et ditionem iam transierint,
sintque eorum dispositioni subiecta, per quoscumque Patriarchas
successores, per quos, ut modo, ex Venetorum decreto, et beneplacito
bona eorum ditionis possessa fuerint, pro unione dicti Patriarchatus, et
aliis [struck through] omnia, et singula bona ubique existentia pleno iure
iisdem, quo ad usum, et commodum censeantur; licet enim relata
Patriarchatus iura, et bona Imperii nostri pertingent
negotium, dum hoc tanti aliquando fore prospicimus, ut novi
dissidii nobis, et successoribus nostris cum iisdem Venetis causa esse
possent, (id, quod ab iisdem devotionem in nos antiquam, pariter et
ab eodem Patriarchatu auferre posset) hoc firmo, et perpetuo nostrae
voluntatis decreto prorsus tollendum esse duximus, mandantes.

1, ac etiam stricte requisitionis omnibus Ducibus, Marchionibus, Comitibus,
Vicecomitibus, Gastaldionibus, et quibuscunque tam publicis quam privatis
personis in Civitatibus, Castellis, et Locis, quae nostro subsunt Imperio,
et in quibus Aquilegienses Patriarchae, pro tempore existentes ius,
et bona habuisse dignoscitur, ut liberum usum, et commodum
eidem Patriarchis, quo ad hanc solam Venetorum dispositionem, et
decretum, quod in bonis, quae iam ipsorum ditioni sunt, possessionem,
et ius habeant, plene sufficere volumus, et declaramus; integris
semper manentibus omnibus, et quibuscunque dicti Patriarchatus
iuribus, privilegiis, et indultis, quibus praeterea hoc nostrae
voluntatis decreto nil ademptum esse volumus, sed omnia
iamdudum concessa perpetuo roboramus.

Nulli ergo omnino hominum liceat huic nostro decreto ausu
temerario contraire, si quis autem hoc praesumpserit, sciat, se
libras quinquaginta auri optimi depositurum Camerae nostrae;
quod ut ab omnibus diligenter servetur, has fieri iussimus,
et sigilli nostri fecimus appensione muniri.

Dat. Neystat die trigesima mensis Martij 1469. Imperij
nostri anno decimo septimo

P. N°

1452 20 marzo Venezia. L'imp. Federico III approvando la traslazione (1445) [illegible] ... i privilegi gli concede il libero esercizio d'uso dei beni che possiede nell'Impero.

Fridericus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex: Austriae, Stiriae, Carinthiae, et Carniolae Dux, Dominus marchiae Sclavoniae et Portus Naonis, Comes in Habsburgh, Tyrolis, Ferretis et Kiburgh marchio Burgaviae et Lamtgravius Alsatiae etc.

Cum Imperialis quoque celsitudo, licet eam Deus ad culmen secularis [illegible] potestatis [illegible] tamen humanitatis subiecta cum fines Imperii longe lateque protulerit, et secularibus arctius prematur negotiis, saepe viam universae ingrediatur carnis, hinc semper uberiora duximus ea, quae bello iam parta sunt, pacis tranquillitate tueri, quam quae diutino comparanda essent labore sub ancipiti rerum eventu sola [illegible] cupiditate pertingere. Et licet sub Praedecessoribus Nostris variis totius orbis [illegible] variis eventibus, non quando fragor exaudiebatur armorum, sed dum cuncta in pace erant composita, qui ~~[illegible]~~ orbis conditor extitit Deus, Hic illuc Redemptor a quo cum [illegible] orbe Christiana pax emanavit, Nos qui eiusdem favente clementia, ad Imperialis dignitatis apicem evecti sumus, ea quae pacis sunt maxime excogitare debemus. Cum itaque nuper inter Aquileiensem Patriarcham, et Venetos graves [illegible] ortae essent inimicitiae, et controversiae, ac tandem tunc [illegible] [illegible] in eorundem Venetorum ditionem, et potestatem transisset, [illegible] [illegible] Tergestinorum, et aliorum finitimorum motibus excitatis, res sub discrimine verteretur, quod eiusdem Patriarcatus negotium pertingebat ad Romanum Pontificem, qui tunc in proximo nostrum Romae expectabat adventum, differendum esse duximus, Unde cum interim mora [illegible] [illegible] cum eodem Pontifice statum rerum, et earum eventum [illegible] [illegible] fratrem Nostrum Austriae Ducem ad eosdem Venetos destinavimus ut etiam tandem pacatis rebus omnia ex aequo componerentur. Cum vero [illegible] Patriarca qui ideo tunc Venetiis affuit rem ex nostro consilio terminandam esse censuit de eiusdem Pontificis consilio Nobis quoque ex [illegible] [illegible] discedentibus, Ideo Venetias adire visum fuit. Ubi cum Imperialem [illegible] Urbis mira structura aquis erecta sola sui admirationi [illegible], plus Nobis in libera Civitate devotum Venetiarum praestitit obsequium quam in illis quae nostro subiectae Imperio adhuc de debito tenentur.

tenebantur, tunc ipsi audito nostre voluntatis proposito, quod ad deducendum omnium futurarum dissentionum occasionem Zelo pacis, et tranquillitatis ferebamur, omnem tunc exortam controversiam sponte nostre subij voluntati. Nos itaq. attendentes, et prospicientes omnes, et quamcumq. causam et occasionem futuri dissidij omnino esse tollendam, et considerantes, quod ... hactenus suborte sunt questiones hinc oriebantur et eo tendebant, quia bona eiusdem Patriarchatus post quam in potestatem, et ditionem Venetorum transierunt divisa existunt, et grave videatur, quod cum una eiusdem Patriarcatus potestas, et dignitas, bonorum tamen dispar, et divisa ratio existat, et cum certe iam desuper conditiones inter eundem ac Venetos intercesserint, eis in robore perpetuo mansuris eiusdem Patriarcatus unioni, et conservationi ex mente, et consilio eiusdem Romani Pontificis studentes hoc nostro perpetuo valituro decreto statuimus, ac declaramus, ut cum nobilior et maior pars eiusdem Patriarcatus, bonorum, iurium et proventuum in dictorum Venetorum potestatem, et ditionem iam translata sint, sintq. eorum dispositioni subiecta, per quoscumq. Patriarchas successores, per quos ut modo ex Venetorum decreto, et beneplacito dicta bona eorum ditionis possessa fuerint pro unione dicti Patriarcatus, et alia omnia et singula bona ubicumq. existentia pleno iure deberi ijsdem quoad usum, et comodum censemus. Licet enim antiqua Patriarcatus iura, et bona Imperij presertim nostri pertingant negotium, dum hec tanti anquam fore prospicimus, ut novi dissidij nobis, et successoribus nostris ijsdem Venetis causas excitare possent, id quod ab ijsdem devotionem in nos antiquam pariterq. unionem ab eodem Patriarcatu ferre possent, hoc firmo, et perpetuo nostre voluntatis decreto ... cendum esse duximus, mandantes, et propterea stricte precipientes ... bus Ducibus, marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Castaldionibus et quibuscumq. tam publicis, quam privatis personis in Civitatibus, Castellis

-ciis, quę Imperio Nostro subsunt, et in quibus Aquileienses Patriar-
cas pro tempore existentes, ius, et bona habuisse dignoscitur, ius
liberum usum, et comodum eius Patriarchis, quoad hanc ultam vere:
torum dispositionem, et decretum quod in bonis, quę iam ipsorum
ditionis sunt, possessionem, et Ius habeant, plane sufficere volumus,
et declaramus, integris semper manentibus omnibus, et quibuscumq.
dcti Patriarcatus Juribus, priuilegijs, et indultis, quibus propterea
hoc nostrę voluntatis decreto nil adeptum esse volumus, sed omnia
iamdudum concessa plęctemo roboramus Nulli ergo omnino ho-
minum liceat huic nostro decreto ausu temerario contraire, si
quis autem hoc pręsumpserit sciat se libris quinquaginta auri
optimi compulitur Camerę nostrę, quod [illegible] ab omnibus diligenter ter:
netur, has fieri iussimus, et sigilli nostri fecimus appentione muniri
Dat. Neestot die 20, mentis Martij M. CCCC.
LXVIIII Imperij Nostri anno Decimo septimo &c

Qud

In Ducali 21. Genno 1470. si esalta dal Senato la prudenza et attenzione del Luog.te med.mo nel procurare frequenti notizie delle mosse de Turchi, e lo incarica a continuare le corrispondenze con certi Capitani per avvertire di tutto il Pub.co a salvezza della Patria, in onor di Dio, e della Religione; perilche Teriano d' esser eletto un proveditore nelle Provincie inferiori.

Christoforus Mauro Dei gratia Dux &c. Ioanni Mocenigo Locumt.te &c. Accepimus nuper literas imperatoriæ Maiestatis circa causam cuiusdam sui subditi pro quadam domo combusta &c. &c., sicut per literas ipsas imperatorias quas ad vestram informationem mittimus presentibus insertas intelligere potestis, et quia de tali casu non habemus aliquam informationem, volumus, et vobis mandamus quod causam ipsam bene examinare, et intelligere debeatis, et si vobis videtur, quod causa ipsa spectet regimini vestro, ipsam terminare, et expedire debeatis iustitia mediante: si vobis autem aliter videretur per vestras literas de dicta causa dominium nostrum informare studeatis ut super ipsam terminare valeamus

Dat. die 18 - Martij Indict.e 4.ta 1471.

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, nec Austriæ, Stiriæ, et Carniolæ &c. Dux &c. ...

Illustris sincere dilecte. Exposuit nobis fidelis noster Ioannes Parimbieg qualiter subditi tui igne... sibi domum suam circa pontem in dominijs vestris sitam, quam superioribus annis inhabitaverat cum omnibus bonis suis, quæ in ea habebat cremaverint quibus quidem ex damnis ad summam inopiam deductus sit; ne autem hij qui ei huiusmodi damna intulerunt ea impune ferant, hortamur te magnopere quatenus prefatum Ioannem in suis querelis nostra contemplatione benigne audire, et ei per Locumtenentem tuum Foriiulij celerem, et expeditam iustitiam super huiuscemodi querelis, et actionibus suis contra subditos tuos a quibus ea

1470 —
Giovanni Mocenigo · Doge 1477

1494 Lunardo Mocenigo

1518 Lazaro Mocenigo

1533 Nicolò Mocenigo

1570 Girolamo Mocenigo

1670 Alvise Mocenigo

1642 – Nicolò Mocenigo

1715 Sebastian Mocenigo

Cio: —

Christoforus Mauro Dux &c. Ioanni Mocenigo Locumtenenti &c. accepimus nuper binas litteras vestras uno eodemque die datas, alterius significastis adventum Ex.mi Imperatoris in totam patriam nostram ac discessum illius; nec non sermones habitos cum illius Ex.tia alterius vero declarastis provisiones per vos prudenter excogitatas factas ad obsistendum spurcissimis Turcis crudelissimis Christiani nominis persecutoribus: quae omnia nobis admodum placuerunt grata fuerunt: comendantes proinde solitam prudentiam, et diligentiam vestram vobis respondemus nos eiusmodi provisiones opportunas necessariasque approbare, et confirmare, vobis, vestrisque Successoribus iniungentes ut illas penitus servare, et exequi faciatis tum pro nostri Dominii honore, tum pro comoditate, et defensione fidelissimorum nostrorum istius Patriae

Datum die 26. Aprilis Inditione 3.tia 1470 —

...damna passus est, et pro sibi nominandis duxerit administrare
...facere velis; in eo nobis complacentiam singularem facies,
...tione ejus te recognoscendam.
Dat. in ... quarta die mensis Januarij anno Domini 1471.
...nostri imperij nostri decimonono Regnorum nostrorum Romani,
...gesimo ... vero Ungarie &
a tergo / Illustri Christoforo Mauro Duci Venetiarum
Nobis sincere Dilecto.

...Inclusde procurò, che fossero escavate le fosse di questa Città
...maggiore salvezza della medesima come da Ducali 13. Giugno 1470,
...n. d.o.

Leonardo figlio del precessore Giovanni Doge.

...insinuò al Preneipe, che sollevar volesse dall'aggravio delle
...pene dovute al Mag.co Tesoriero li debitori rescidati di Feudi,
...e livelli della Serenissima Signoria, et in Ducali 13. Febraro 1494
...fu accordato il ricevuto sollievo, essendo Doge Agostino Barbarigo.

Giacomo —

...Propose più premij di Ducati 25. l'uno pagabili dal Pub.co
...per esercitare la gioventù di questa Città a tirare al
...palio con gl'archibusi, come da annotaz.e al margine di
...Ducali ult.o Xmbre 1518, che permettono li palij stessi,
...e danno facoltà ad esso Giacomo di proporne ~~per~~ uno o più
...a suo piacere.

Nicolò

...Liberò la Patria dalla contribuzione delle tasse, che venivano
...estorte da molte genti d'arme, e condottieri d'esse ~~altro~~ indebita=
...mente, come da Ducali 2. Giugno 1533.

1470, 31 marzo. Spilimbergo. Gli uomini del Comune di Tesis stabiliscono che [illegible] pena di lire 50 nessuno di loro in alcun[illegible] possa prendere [illegible] affitto alcun terreno [illegible] in [illegible] di Tesis, se non sia stato da essi lasciato

Ib. [illegible] notajo di Spilimbergo. Arch. not. Udine

A. D. 1470, ind. [illegible] die ultima martii, actum Spilimbergi in burgo [illegible] videlicet in stola mei notarii, presentibus Jacobo filio Ambrosii de Provesano, Dominico q. Cichini de Provesano habitante in Gradischa [illegible]

[illegible] pro bono pacis et concordie et pro evitandis scandalis que possint occur[illegible] et que solent ex talibus nasci; convenientes et congregati in [illegible] homines et vicini Ville de Tesis, videlicet Jacobus q. Viti de les Massis, [illegible] dicte Ville Dominicus q. Antonii Carnelli et Daniel dictus [illegible] q. Pauli de [illegible] [illegible] dicte Ville nec non Dominicus q. Pauli de [illegible], Dominicus q. Antonii [illegible] [illegible] habitans in Tesis, Antonius q. [illegible] Morassi, Leonardus q. Michaelis [illegible], Laurentius q. Nicolai Leonardus filius Antonii de Frasanch habitans in Tesis, [illegible] Jorgus Morassi, Antonius q. Mantini, [illegible] q. Bertoli, Dominicus q. Mar[illegible] [illegible] q. Nicolai Garlat, Jacobus filius Antonii Pauli et Jacobus q. Henrici [illegible] de Arba habitans in Tesis, omnes in simul representantes et facientes [illegible] Commune ipsius Ville de Tesis unanimiter et concorditer exposuerunt [illegible] et dixerunt et ita per me notarium scribi voluerunt et rogaverunt [illegible] cautelam et ad futurorum memoriam, qualiter die hodierna in plena [illegible] vicinantia congregata in dicta villa de Tesis [illegible] more [illegible] et in pleno ipsorum Consilio nemine discrepante captum, deliberatum [illegible] et statutum fuit inter eos quod ab hodierna die deinceps

nullus vicinorum dicte ville audeat aut presumat aliquo modo que-
rere seu terrare per se vel interpositas personas acquirere aut con-
dire ad acquirendum seu conducendum ad affictum aliquod terrenum
tentum et rectum per aliquem vicinorum dicte ville, nisi talis tenens sua
sponte prius relaxaverit dictum terrenum. Et hec quidem statuerunt
sub pena librarum quinquaginta soldorum quotiens per aliquem contrafactum
fuerit, cuius pene medietas cedat camere S. Marci, alia medietas parti lese
et sustinenti iniuriam. Que omnia … per ipsos omnes vicinos exposita ibidem
et ordinata, cum ego notarius ad eorum requisitionem scripsissem et postea
legissem in vulgari sermone ad plenam eorum intelligentiam, ipsi omnes una
voce confirmaverunt et approbaverunt, promiseruntque sibi ad invicem
solemnibus stipulationibus intervenientibus omnimodo inviolabiliter observare
sub dicta pena librarum 50 soldorum apposita et hinc supra specificata

Auditis nuper in contradictorio judicio Oratoribus, et Nuntijs Prę-
latorum, Comitum Castellanorum, et Communitatum istius
Fidel.mę Patrię Nostrę parte una, et Oratoribus Fidel.mę
Communitatis Nostrę Utini parte altera, et super facto
Cavationis fossarum Terrę Utini, visisque plane, et in-
tellectis Privilegijs, juribus, et allegationibus utriusque
partis, ac mature omnibus consideratis considerandis
declaravimus, quod cum recavatio dictarum fossarum
pertineat principaliter ad commodum, et utile dictę
Communitatis Utini, Communitas ipsa debeat cum
Territorio suo, et quatuor Gastaldijs facere, et absol-
vere ipsum opus recavandarum fossarum Utini,
hac conditione, quod hominibus ipsarum Gastaldiarum
qui ad ipsum opus laborabunt pretium solidorum sex
tantum in die mercedis causa limitari debeat solvendum
per ipsam Communitatem de pecunijs sibi reservatis,
et deputatis pro Fabrica et necessitatibus ipsius
Terrę Nostrę Utini declarantes et terminantes
dictos Prelatos, Comites Castellanos, et Communitates
non teneri, nec cogi debere modo aliquo, vel forma
ad contributionem dicti operis cavationis fossarum.
Quare mandamus vobis, ut hanc nostram Declaratio-
nem, et determinationem observare, et servare
facere, et exequi debeatis. Has autem Nostras
ad successorum vestrorum memoriam registrare
faciatis, registratas presentanti restitui.

Dat. in Nrō Duc.li Pal.o Die 12 Aplis ind. 3. 1470.

[illegible]

1 Marcus Miseratione Divina Tituli S. Marci Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiter Cardinalis, ac Patha Aquilejen, et in natione Alemaniæ, ac tota Germania; Necnon universis et singulis Civitatibus, terris, et locis ejusdem Germaniæ Sacro Romano Imperio Subjectis, ac Ungarij, & Poloniæ Regnis a latere Sedis Aplicæ Legatus.

1472. 4 Aprile

[illegible] Marco Barbo [illegible] [illegible] Generale [illegible] del Patriarcato [illegible] di Feltre

Vniversis, et singulis pntes litteras, sive præsens publicum Instrumentum visuris pariter et audituris notum facimus, quod Nos hodie Rdum in Christo Patrem, et Dnum D. Angelum Dei & Aplicæ sedis gratia Episcopum Feltrensem absentem tanquam præsentem, solum, et insolidum omnibus melioribus modo, via, jure, causa, et forma, quibus melius, et efficatius potuimus, et debuimus, citra tamen quorumcunque aliorum Procuratorum, et Vicariorum per Nos hactenus constitutorum revocationem Gratis, & sponte fecimus, constituimus, et ordinavimus, ac facimus, constituimus, & ordinamus nostrum verum, certum, legitimum, et indubitatum in spiritualibus, & temporalibus nostri Patchatus Aquilejensis Gubernatorem, & Vicarium specialem, et generalem; ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra V3. Specialiter, & expresse dans, & concedens eidem D. Epo Vicario, seu Procuratori nostro plenam, & liberam facultatem, & potestatem, ac etiam jurisdictionem quascunque personas Ecclesiasticas, et seculares coram se in judicio, vel extra citandi, et evocandi, inquirendi, privandi, crimina, & excessus puniendi, defectus quoscunque supplendi, incarcerandi, relaxandi, ligandi, et in quibuscunque casibus Nobis tamquam Pathæ a jure permissis solvendi, necnon omnia, & singula beneficia ad collationem, & provisionem nostram quocunque, qualitercunque, et ubicunque sita ad Nos ratione nostræ Ecclesiæ Patchalis spectantia, et pertinentia, etiamsi Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia in Cathedrali, seu Collegiatis Ecclesiis, etiamsi Parochiales, vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint, conferendi

ferendi, et de eisdem beneficiis ecclesiasticis cum cura, et sine cu
ut praefertur, quascumque personas sufficientes, et idoneas, ut eidem
Epo videbitur, instituendi, et investiendi, ac etiam quascumque
sias, & loca Ecclesiastica in nostris Civitate, et Dieceси Aquilejen, et
ubilibet constituta, in quibus Nobis ratione dictae nostrae Ecclesiae
lejensis de jure, vel consuetudine, aut alias qualitercumque visitati
officium competit, ac eorum personas tam in capite, quam in mem
visitandi, et eorum defectus supplendi, & quae fuerint reformand
melius reformandi, et emendandi. Necnon quascumque pecuniar
Summas ab Illmo Dominio Venetorum ratione, & occasione q
rumdam fructuum, & redditum, et proventuum ad Nos quo
libet, vel quacumque occasione alia spectantium et pertinentium
per praefatum Dominium nobis annis singulis solvendum, exig
dum, levandum, percipiendum, & requirendum, & de habitis, leva
et perceptis praefata occasione quoscumque quietandum cum pacto
ni, et expresso de rem habitam ulterius non petendo. Et nihilominus
et singulos fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolu
necnon quascumque pecuniarum Summas occasione nostrorum Ca
Videlicet SS.rum Viti et Danielis nostrae Diaecesis ad Nos legitime pe
necnon Monasterii S. Petri de Rosatio Ordinis S. Benedicti dict
strae Diaecesis; Monasterii SS. Sergi, et Bacchi, Sextarensis Monas
SS. Severii et Marterii Ordinis S. Benedicti Urbevetanensis Mon
S. Spiritus Ordinis S. Benedicti extra muros Panormitan Monast
Nicolai de Monteurbanctabs Camaldulensis Ordinis Urbevetanen
necnon assignationis, et reservationis caeterorum fructuum, & Mo
rum super Prioratu Urbis Ordinis S. Joannis Hjerosolimitani
reservatorum, ac etiam cujusdam pensionis quingentorum Ducator
auri super Ecclesia Constantiensi Nobis a Sede Aplica reservatae a
buscumque personis Ecclesiasticis, et Secularibus debitoribus, procurat
et l

et Vicariis alias ad dicta Monasteria regendis, et gubernandis per Nos constitutis exigendum, requirendum, percipiendum, & levandum, et de habitis eosdem quietandũ. Volumus tamen, quod modernus, seu in præsentiarum Gubernator, seu Conductor præfati nostri Monasterii S. Petri de Rosatio anno pñti effluxo se de hujusmodi gubernationis, seu conductionis officio se amplius intromittere possit, neque valeat, nec de præfato Monasterio impedire præsumat. Consequenter quoscunque Vicarios, Procuratores, et Officiales aliàs per nos ad quæcumque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, seu quorumvis Ordinum Sæcularia, vel regularia in titulum idest commendam obtenta regendum, & gubernandum quomodolibet constitutos totiens quotiens sibi videbitur revocandum, & loco illius, vel illorum alium, vel alios ponendum, et de novo constituendum, beneficia, et Monasteria supradicta nomine nostro, et pro Nobis, et quibuscunque personis sufficientibus, et idoneis ad firmam, seu annuam pensionem ad tempus, et tempora pretio, seu pretiis, pro quo, seu quibus eidem Dño Episcopo Vicario, & Gubernatori nostro videbitur expedire dandum, concedendum fructus quoque, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta ex dictis beneficiis, & Monasteriis provenientes, seu provenientia. Iterum a quibuscunque personis Ecclesiasticis & Secularibus arrendatoribus, seu debitoribus iterum petendum, levandum, exigendum, recipiendum, et modo supradicto quietandum, & cum eis, seu eorum aliquo computa, rationes, calcula videndum, audiendum, et cognoscendum, Necnon præfatum Dñum Episcopum nostri nomine, & pro Nobis in Ecclesia, Civitate, et Diœcesi nostra Aquilejensi Ordines minores, & sacros celebrandum, ornamenta, Altaria, Ecclesias, Monasteria, Capellas, et loca pia, necnon Crisma, et Oleum Sacrum, et quæcumque alia res, et bona confirmandum, ac litteras desuper necessarias, et opportunas indigentibus, et habere volentibus faciendum, et concedendum; Ac omnia, et

singula

Singula Pontificalia faciendum, & exercendum, et quemcunque ali[...]
Antistitem Catholicum gratiam, et communionem Sedis Ap[osto]licae hab[...]
ad praemissa exercenda loco sui substituendum, deputandum, ordinan[dum]
acceptandum, et recipiendum. Necnon ad prosequendum, et pertractan[dum]
nostri nomine, et pro Nobis omnes, et singulas causas tam spirituales[...]
temporales super quibuscumque rebus Ecclesiasticis, seu Secularibus e[...]
ram quibuscumque Judicibus Secularibus, et Ecclesiasticis, ordinariis[...]
ordinariis, delegatis, subdelegatis, & commissariis quibuscumque qua[...]
que auctoritate fungentibus, & functuris, quas nos contra quasc[umque]
personas tam Ecclesiasticas, quam Saeculares quacumque de causa[...]
casione tam ad nostri instantiam, quam contra Nos motas, seu m[...]
speratas comparendum, et agendum; Nosque, et nostrum jus in omni[bus]
& per omnia defendendum; Necnon ad tractandum, componendum[...]
veniendum, paciscendum & concordandum de, et super praefatis ta[...]
rebus, litibus, et controversiis per nos, et contra Nos, ut praemittitur[...]
seu movendis cum quibuscumque personis cujuscunque dignitati[...]
nis, gradus, status, conditionis, aut praeeminentiae fuerint, de dam[...]
pensis, & interesse propter per Nos passis, et substentis, ac super p[...]
sis quoscumque arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores [...]
ctim, et divisim etiam sub quacumque poena pecuniaria, et alia[...]
de jure, quam de facto apponenda, eligendum, et compromittend[um]
Demum quascumque pecuniarum summas ad reparationem, m[...]
tionem, et restaurationem quarumque Ecclesiarum, habitationum[...]
morum ubilibet existentium ad Nos ratione, et occasione tam be[...]
rum nostrorum in praesentiarum obtentorum, et in futurum obt[...]
rum, quam aliarum quarumcunque causarum exponendum et [...]
sandum, ac per alios exponi, et exbursari petendum, videndum[...]
obtinendum. Necnon quoscumque magistros, operarios et man[...]
ad fabricam hujusmodi conducendum, illosque; si opus fuerit [...]

dum

dum, et alios eorum loco ponendum, et instituendum, Et si necesse fuerit pro præmissis omnibus, et singulis, et eorum dependenter prædicto nomine, et pro Nobis coram quibuscumque Judicibus Ecclesiasticis, vel Sæcularibus quacumque auctoritate fungentibus, et functuris comparendum, agendum, et defendendum libellum, seu libellos, et quascumque alias petitiones verbo, vel in scriptis dandum, offerendum, et recipiendum, excipiendum exceptiones quoque peremptorias dilatorias, et alias cujuscumque generis reponendum, replicandum, duplicandum, triplicandum, et si opus fuerit quadruplicandum litem, seu lites contestandum, & contestari videndum de calumnia vitanda, et vitare dicenda, et cujuslibet alterius generis licitum juramentum in animam nostram præstandum, ponendum, et articulandum, ponique et articulari videndum positionibus, et articulis partis adversæ respondendum, et suis responderi petendum; Testes, Acta, literas, instrumenta, et alia probationum genera, et munimenta producendum; Testes partis adversæ jurari videndum, contra Testes, et eorum dicta, ac litteras, acta, et instrumenta, ac alia munimenta contra Nos producta, et producenda dicendum, et excipiendum, crimina, et defectus opponendum, et probandum, protestandum, allegandum terminos, et dilationes in causis necessarios, et debitos, ac beneficium absolutionis simpliciter, & ad cautelam, ac restitutionis in integrum humiliter petendum, et obtinendum, expensas, et interesse petendum, ac illas taxari videndum, et super ipsis jurandum, in causa, seu causis, concludendum, seu concludi videndum, et petendum jus interlocutorias, et difinitivas sententias audiendum, & ferri videndum, et petendum, ac ab eis, et earum qualibet, et quocumque alio gravamine contra Nos illato, seu inferendo provocandum, et appellandum, provocationes, et appellationes suas intimandum, insinuandum, et notificandum; Apostolos primo, secundo, et tertio, ac instanter, instantius, et instantissime petendum, et obtinendum; unum quoque successive, vel plures Vicarium, aut Vicarios, seu gubernatorem, vel gubernatores

tores loco sui cum simili, aut limitata potestate substituendum, ac
eum, vel eos revocandum, et destruendum quotiens sibi videbitur
pedire, p̄nti mandato, seu Vicariatu nihilominus in suo robore du
turo, et generaliter omnia alia, & singula faciendum, dicendum,
rendum, procurandum, et exercendum, quæ in præmissis, & circa
necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna; Et quod Nos
faceremus, diceremus, gereremus, procuraremus, exerceremus, si in p
missis omnibus, et singulis præsentes, et personaliter interessemus, et
talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam sup
est expressum. Nos etiam agenda, ferenda, et exercenda, ac procu
da per eum rata, grata, et firma habebimus, et habemus, ac habere
lumus, et promittimus, auctore Domino, præsentium per tenorem
cipientes nihilominus, et mandantes omnibus, et singulis personis Ec
siis, & secularibus dictæ nostræ Pathalis Ecclesiæ, et ipsius jurisdi
subditis, quatenus ipsi, et eorum singuli eundem D̄num Angelum
